



**V**Rsus ille mirabilem natiuitatis ortū habuit. Cuiusdam enim patrisfamiliās in agro Suetico filiam liberalis formæ, cum ancillulis lusum egressam, eximiæ granditatis ursus, deturbatis comitibus, cōplexus rapuit, exceptamq; unguibus præ se leniter ferens, ad notam nemoris latebram deportauit. cuius egregios artus nouo genere cupiditatis aggressus, amplectendi magis quam absumendi studium egit, petitamq; laniatui prædam in usum nefariæ libidinis cōuertit. continuo enim ex raptore amator effectus, famem concubitu soluit, ardorēq; gulæ Veneris satietate pēsauit. quoq; eam indulgentius aleret, crebris incursionibus uicinum acrius incessabat armentum, nec nisi lautioribus antè uesci solitā, sparsis sanguine dapibus assuefecit. Adeo enim captiuae species efferatam raptoris sæuitiam fregit, ut quem sanguinis sui cupidum extimescebat, amoris auidū experiret, partumq; ab eo perciperet, cui fore p̄tinus alimonia metuebat.

cinum acrius incessabat armentum, nec nisi lautioribus antè uesci solitā, sparsis sanguine dapibus assuefecit. Adeo enim captiuae species efferatam raptoris sæuitiam fregit, ut quem sanguinis sui cupidum extimescebat, amoris auidū experiret, partumq; ab eo perciperet, cui fore p̄tinus alimonia metuebat.